

Q(uod). D(eus).B(ene).V(ortat).

Auspiciis sapientissimis felicissimisque
augustissimi et potentissimi principis ac domini
domini

GUILELMI
Germanorum Imperatoris
Borussorum Regis
Patris Patriae
regis et domini nostri longe clementissimi

Academiae Fridericianae Halensis cum Vite-
bergensi consociatae
Rectore magnifico
viro illustri

Alfredo Boretius
juris doctore et professore publico ordinario
aquilae rubrae equite

ex decreto amplissimi philosophorum ordinis
promotor legitime constitutus

Richardus Gosche
licentiatus theologiae philosophiae doctor artium
liberalium magister linguarum orientalium professor
publicus ordinarius
Ordinis Philosophorum h.c. decanus

viro nobilissimo et illustrissimo

Friderico Mistral

propter linguae provincialis scientiam
quod et thesauro copiosissimo dialectorum eius linguae
quae nunc sunt composito amplissimam cognitionem
tam veteris quam recentis sermonis comprobavit
earumque litterarum studia egregie adiuvit
et carminibus praeclarissimis non minus propter poe-
tam facultatem quam propter perfectam sermonis ele-
gantiam laudatis poetam omnium qui nostra aetate hoc
sermone usi sunt longe praestantissimum se exhibuit

doctoris Philosophiae et AA.LL. Magistri

gradum jura privilegia et immunitates
die XXX. m. Maii a. MDCCCLXXXIV

honoris causa

contulit

idque actum esse hac tabula ordinis sigillo munita
publice declaravit

Halis Saxonum formis Ploetzianis.

LS.